

Miraculisque aliis claris post mortem.

§.21. Sed, & procedentibus temporibus manifestavit Deas hominibus gloriam suam. præsitis per intercessionem ancille sue frequentibus beneficiis his, qui se fideliter ejus precibus commendassent, puer etenim quidam quadriennis adeo contractus, ac detortus erat, ut nec pedibus insistere, nec cum jaceret, movere posset, eaque infirmitas, cum illi a nativitate fuisset, nullumque afferret doloris sensum, incurabilis prorsus videbatur, cumque per novem dies ad cubiculum, quod vivens Sancta Virgo inhabitaverat allatus fuisset, sensit in se virtutem venientem, ac repente sanus, ac validus, ac suis pedibus ambulans, stupentibus cunctis, coepit diffamare, se a Matre Theresia de Jesu perfectam sanitatem fuisse consequutum. Sevissimis doloribus per biennium cruciatur Anna a Sancto Michaeli Monialis, tribus chaneris pectus ejus adeo affligentibus, ut non solum solemnem expers esset, sed nec collum flectere, nec brachia posset attollere, cumque particulam reliquiarum Sanctae Theresiae, super pectus apposuisset, & toto cordis affectu se ejus patrocinio commendasset, non solum omnis evanuit plaga a corpore ejus, sed, & alia etiam, quam in corde diu habuerat, infirmitate, libera momento temporis effecta est. Adeo vexabatur Franciscus Perez Parochialis Ecclesiae Rector a postemate, quod in os pectoris infederat ut brachio etiam contracto, a celebratione Sacrosancti Missae sacrificii per quinque menses impediatur, humanisq; remediis deficientibus, ad divina confugit, & ad montes Dei elevatis oculis, salutem consequutus est, epistolam enim, Virginis Theresiae manu exaratum, pectori admovens, consecutus est ejus partis sanitatem, cumque deinde sepulchrum Virginis visitasset, ejusque brachium, quod Albae asservatur, proprio brachio, quod adhuc contractum erat, admovisset, in eo etiam divinam virtutem expertus est, restituta sibi perfecta valetudine. Joannes de Leyna magno gutturis morbo adeo affligebatur, ut omnis respiracionis via fere interclusa esset, jamque morti proximus animam agebat, cum sudarium, quod Sanctae Theresiae fuerat, ad morbi locum magna cum fiducia apposuit, somnoque captus, ac paulo post exspectatus, se meritis Beatae Theresiae curatum esse repente sanus exclamavit.

Theresia ideo Sacras magna in veneratione fuit, & in Hispaniis multi desuper fuerunt formati processus, ad Sedem Apostolicam transmissi.

Instanteque Philippo III. Hispaniarum Rege Paul. V. divinum officium de ipsa

ejus honorem, tamquam de Beata Virgine divinum Officium in toto Fratrum Carmelitanorum Ordine posset celebrari. Cumque idem Philippus Rex iterum apud praedictum Paulum similiter Praedecessorem nostrum, pro Canonizatione B. Virginis Theresiae supplicasset, idem Paulus iterum negotium commisit Cardinalibus Sac. Rituum Congregationis, qui novos Processus auctoritate apostolica conficiendos decreverunt, atque ad id munus peragendum, me. Bernardum Toletanum, & Venerabiles Fratres Episcopos Abulen., & Salmatin. eadem auctoritate deputarunt, qui cum diligenter de mandato negotio persancti essent, omnia Acta eidem Paulo V. Praedecessori nostro transmiserunt.

§.24. Qui, tribus Apostolici Palatii causarum Auditoribus Francisco Archiepiscopo Damasceno Locumtenenti, nunc S. R. E. Cardinali, Joanni Baptista Cocchino Decano, & Alphonso Manzanedo dedit in mandatis, ut summa cum diligentia dicta Acta examinarent, & quae eorum sententia esset, ad ipsum referrent. Qui omnibus accurate, prout rei magnitudo postulabat, perpenis, eidem Paulo V. Praedecessori retulerunt, plene justificari vitae Sanctitatem, ac miracula Beatae Virginis Theresiae, omniaque abunde constare, quae pro Canonizatione ejusdem a Sac. Canonibus requiruntur, posseque ad ulteriora procedi.

§.25. Utque ea maturitate, quae rem tantam decebat, negotium transigeretur, idem Paulus dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus praefectis ordinavit, ut praedictos processus quam diligentissime rursus inspicerent, ac de tota causa accurate cognoscerent.

§.26. Cum vero idem Paulus humana peregrinationis viam complevisset. Nosque (nullis licet nostris meritis) sola divinae gratiae dignatione ad Ecclesiae gubernacula vocati effemus, ad augmentum divini honoris, & Sanctae Ecclesiae utilitatem pertinere arbitrati sumus, ut hujusmodi negotium promoveretur, plurimum etiam ad praesentium temporum calamitatem levandam interesse existimavimus, si Christifidelium devotio erga Sanctos, & electos Dei, qui pro nobis in tantis necessitatibus intercederent, augerentur, mandavimus itaque praedictis Cardinalibus, ut quod illis a Praedecessore nostro praedicto fuerat injunctum quamprimum exequerentur.

§.27. Quod cum illi ea diligentia, quae decebat, perfecissent, ac pro S. Virginis Canonizatione omnes unanimiter consensissent, Venerabilis Frater noster Franciscus Maria Episc. Portuen. Cardinalis a Monte, totius processus summam, ac suam, Collegarumque sententiam coram Nobis in Consistorio nostro exposuit, quibus auditis, reliqui Cardinales, qui aderant ad ulteriora fore procedendum communi suffragio pronuntiarunt.

§.28. Igitur cum in publico Consistorio dilectus filius Joannes Baptista Mellius, Con-

B. Virgine celebrari indulgentiam Congregari Rituum commisit, novique processus desuper formati, & ad eundem Paulum transmissi fuerunt.

Quos iterum iussit examinari per Auditores Rota.

Et etiam per Card. Congreg. Sac. Rituum.

Paulo defuncto ille Pont. iisdem Card. Julium Pauli exequendum mandavit.

Et ab eis ad ulteriora procedendum fore accepti.

Et in publico Consistorio multis hic e-

nunciatis rite, & recte completis, Theresiam sanctam esse definit, & Sanctarum Virginum Cathedralo adscripsit, ejusque Festum die 5. Octobris quot annis celebrari decrevit.

Consistorialis aula nostrae Advocatus, pro ejus Canonizatione perorasset, ac nomine charissimi in Christo filii nostri, Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ut ad eam procedere dignemur, humiliter supplicasset, Nos de re tanta Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales, & Episcopos in curia praesentes consultores esse respondimus, atque interim Cardinales, atque Episcopos praesentes vehementer in visceribus Christi hortati sumus, ut orationibus instantes, in jejuniis, & eleemosynis animas suas coram Deo nobiscum humiliantes, preces a Deo Patre lumium exposcerent, ut ex alto super nos lucem suam, & veritatem suam emitteret, quae nos ad voluntatem, & beneplacitum ejus cognoscendum, & perficiendum deduceret, itaque cum semipublico Consistorio, quod consequenter celebratum est, vocatis non modo Cardinalibus, sed Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Curia nostra existentibus, praesentibus etiam nostris, ac Sedis Apostolicae Notariis, ac Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, cum plura a Nobis de eximia sanctitate ancillae Dei, ac miraculorum frequentia, & celebritate, populorumque erga eam per universas Christianas nationes devotione, commemorata fuissent, expositis etiam instantis, quae coram Nobis non modo nomine maximorum Regum, sed etiam charissimi in Christo filii nostri, Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, aliorumque complurium Christianorum Principum fiebant omnes concorditer, ac uno ore benedicentes Deum, amicos suos honorificantes, Beatam Theresiam canonizandam esse, atque inter Sanctas Virgines adscribendam consenserunt, quorum omnium audito consensu, intimo cordis affectu exultavimus in Domino, & jubilavimus in salutari ejus gratia agentes Deo, & Filio ejus Domino nostro Jesu Christo, quod Ecclesiam misericorditer respicisset, ac tanta gloria illustrare decrevisset, canonizationis itaque publicavimus diem, eosdemque fratres, ac filios nostros monuimus, ut in orationibus, & eleemosynis perseverarent, ut in tanto opere exequendo splendor Domini Dei nostri esset super Nos, qui opus manuum nostrarum ad perficiendam ejus voluntatem dirigeret. Deum peractis omnibus, quae ex Sac. Constitutionibus, ac Romanae Ecclesiae consuetudine peragenda erant, hodie in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Romanaeque Curiae Praelatis, Officialibus, & Familiaribus nostris, Clero seculari, & regulari, ac maxima populi frequentia, convenimus, ubi repetitis pro Canonizationis Decreto petitionibus nomine ejusdem charissimi in Christo filii nostri, Philippi Regis Catholici, a dilecto Filio nostro Ludovico tit. Sanctae Mariae Transpontinae Cardinali Ludovico nuncupato, nostro secundum carnem nepote, per Nicolaum Zambeccarium, Consistorialis Aulae

nostrae Advocatum praedictum, decantatis sacris Precibus, & Litanis, ac Spiritus Sancti gratia humiliter imploratis: Ad honorem Sanctae, & individuae Trinitatis, & Fidei Catholicae exaltationem, auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, BB. Apostolorum, ac nostra, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepisc. Episcop. in Romana Curia praesentium consilio, ac unanimi consensu, hoc me: Theresiam Virginem de Abula, de cujus vitae sanctitate, fidei sinceritate, & miraculorum excellentia plene constabat, & constat, ac Sanctam esse definivimus, ac Sanctarum Virginum catalogo adscribendam decrevimus, prout praesentium tenore definimus, decernimus, & adscribimus, illamque universos Christifideles tamquam vere Sanctam honorare, & venerari mandavimus, & mandamus, statuentes, ut ab universali Ecclesia in ejus honorem Ecclesiae, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, aedificari, & consecrari, & singulis annis die quinta Octobris, quoad coelestem gloriam translata est, ejus Officium, ut de Sancta Virgine ad praescriptum Romani Breviarii celebrari possit.

§.29. Eademque auctoritate omnibus Christifidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum, accesserint, unum annum, & unam quadragesimam, iis vero, qui in eisdem festi octava, quadraginta dies de injunctis eis, seu quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavimus, ac relaxamus.

§.30. Postremo gratias Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc, novoque luminari illustrare dignatus esset, decantata in Sanctae Theresiae honorem solemnium sanctarum Virginum oratione, ad Altare Principis Apostolorum Missam celebravimus cum ejusdem Sanctae Virginis commemoratione, omnibusque Christifidelibus tunc praesentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus.

§.31. Decet igitur, ut pro tam insigni beneficio omnes cum omni humilitate benedicamus, & glorificemus eum, quem decet omnis benedictio, & honor, & gloria, & potestas in saecula saeculorum, assiduis precibus ab eo postulantes, ut per intercessionem electae suae a peccatis nostris faciem suam avertens, misereatur nostri, & respiciat nos, & ostendat nobis lucem misericordiarum suarum, & immitrat timorem suum super gentes, quae non cognoverunt eum, ut cognoscant, quia non est alius Deus, nisi Deus noster.

§.32. Ceterum, quia difficile foret, praesentes nostras literas ad singula loca, ubi opus, esset, deferri, volumus, ut earum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis

Indulgentiae ejus sepulchri visitantibus concessit.

Omnibusque qui huiusmodi Canonizationi praesentes fuerunt.

Hortatur domum omnes ad benedicendum, & glorificandum Deum ob huiusmodi peccatam canonizationem

Exemplis huius Bullae ubi que fides dari jubet.

L VII.

Electio, & de puratio Josephi a Matre Dei in Ministrum Generalem totius Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ut una cum quatuor hic descriptis Sociis vocem habeat activam, & passivam, totumque corpus Religionis ad novennium regat.

De ista Congregatione, & toto ejus statu vide in Constitut. XLII. In supremo. Tom. V. Part. IV. fol. 404.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Postolici muneris sollicitudo, divina dispensatione, nullo licet merito nostro, Nobis imposita, postulat, ut circa statum religionum personarum quarumlibet invigilantes, ad ea, per quae religiosa personae hujusmodi in laudabili earum Instituto perseverare valeant, sedulo intendamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Electio, & de puratio Ministrum Generalium & quatuor eorum Sociorum, pro regimine Congreg. Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

§. 1. Hinc est, quod Nos prospero, felicique dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum de Urbe regimini, quantum cum Domino possumus, consulere, eosdemque Clericos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, dilectum filium Josephum a Matre Dei ejusdem Congregationis Clericum, Ministrum Generalem ipsius Congregationis ad novennium tantum, qui cum dilectis etiam filiis Petro a Nativitate, Viviano ab Assumptione, Francisco a Purificatione, ac Paulo ab Assumptione, istae Congregationis pariter Clericis Sociis suis, vocem activam, & passivam habeat, ac corpus Religionis representet, apostolica auctoritate tenore praesentium facimus, constituimus, & deputamus.

At facultatis concessio his praedictis emittendi vota in manu alicujus Praelati.

§. 2. Nec non eidem Josepho, ut tam ipse, quam sui Socii praedicti vota solemniter in manibus alicujus Praelati Ecclesiastici, eorum arbitrio eligendi, emittere, libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore praedictis licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

Clausula praeservativa.

§. 3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fo-

re, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Josepho, & aliis praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 4. Irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstant. Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit, distae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 18. Aprilis 1622. An. II.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 28. Aprilis MCXXII. Pont. Nostri Anno II.

L VIII.

Erectio Congregat. de Propaganda Fide.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Inscrutabili divinae providentiae arcano, ad Christi Ecclesiae regenda gubernacula, nullis nostris meritis, a Spiritu Sancto vocati, praecipuas nostrae pastoralis muneris partes esse intelligimus, sedulo invigilandi, & quantum nobis ex alto conceditur, intentis studiis aditendi, ut oves miserabiliter errantes, ad Christi ovile adducantur, ac Dominum gregis agnoscant, & pastorem. Quo scilicet, divina aspirante gratia, definant per infelicia pascua infidelitatis, & haereticum vagari, & aqua mortifera pestilentiae potari, sed in loco pascuae verae Fidei, ac salutaris doctrinae collocentur, & adducantur ad vitae fontes aquarum. Et vero quis non intelligit, omnem nostram sollicitudinem desiderare, omnemque conatum a nobis exigere, opus adhaerentis animarum ad Ecclesiam Christi? quippe quod tanti fecerit Deus mundi salutem, ut ipsum Unigenitum suum daret, Unigenitum illum, qui cum esset splendor gloriae, & figura substantiae ejus, portans omnia verbo virtutis suae, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; ut suam nimiam charitate servos, & malos servos, Dominus redimeret pretio Sanguinis sui. Inestimabilis hujus charitatis imitatores esse profecto omnes debent, qui christiano nomine fideliter gloriantur, & membra Christi effecti sunt, ut ejus verbi factores sint, non auditores tantum: nam & per sanctum Apostolum suum monet. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulante in dilectione, sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Quod si haec ad unumquemque Christianorum scripta

pta sunt, quanto magis ad eos, qui in sortem, & militiam Christi vocati, positi sunt Episcopi regere Ecclesiam suam? quibus saepe per Prophetas suos gravibus verbis comminatur, si pascentes semetipsos, gregem non pascent, & quod crassum est occidentes, infirmum non consolidant, aegrotum non sanant, contractum non alligant, abjectum non reducant, perditum non quaerunt. Quae profecto voces, ut omnes Ecclesiarum Rectores valde sollicitos habere debent, licet in partem sollicitudinis sint vocati, ita multo vehementius nos urgent, qui in plenitudinem electi, non solum universi gregi, sed etiam Pastoribus praepositi sumus. Quocirca quod Apostolis omnibus a Domino mandabatur, ut praedicarent Evangelium omni creaturae, principaliter Petro incumbebat, qui omnibus praestabat praerogativa Principatus, & cui soli injunctum fuerat a Domino, ut pasceret oves suas. Quapropter, & uni Petro vas illud, quasi linteum, ostenditur quatuor in initis de caelo submitti in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terrae, & volatilia caeli, quodque illa vox sequuta est, *Surge Petre, occide, & manduca*, ut praefiguraretur Petri, & successorum ejus munus ex quatuor mundi partibus homines varia impietate insipientes congregandi, quo eos quasi occidendo, hoc est, veteri vita exuendo, & exutos manducando, id est in sua membra, qui visibile erat caput Ecclesiae convertendo, etiam membra Christi redderet, invisibilibus Ecclesiae capitis; atque ita adipiscerentur participationem generationis Christi, eamque adepti, quae Christi sunt, scaperent, quae Christi sunt, operarentur, ac demum per gratiam Spiritus Sancti ejus in aeterna pascua transerentur, potandi torrente inexhausto voluptatis Dei. Quantum vero his calamitosos temporibus excreverit errantium, & dispersarum ovium numerus, qui Ecclesiam Sanctam ejus Catholicam, Christi ovile, vel nunquam cognoverunt, vel cognitam Sathanae dolis defecerunt, sine lachrymis commemorari non potest. Si enim mentis nostrae aciem convertimus ad innumerabilem populorum multitudinem, jam tot saeculis Agarenorum impurissima dementia captam, insanique erroris, ac mendacii tenebris obsecratam, miseratione commoventur viscera nostra, cernentes, tam multis, ac variis caelestibus donis olim celebres nationes, per ignorantiae, & pestilentis persuasionis stuporem humanitatem in bestiarum naturam fere mutasse, atque ad aeterna incendia Diaboli, & Angelis ejus parata ali, ac propagari. Et licet inter eas aliquae sint gentes injustitia detentae, quae Christi nomen invocant; tamen ita antiquarum haereticum veneno sunt infectae, ut sinceram veritatem paucissima agnoscant, ac fere omnes in multis nedum in uno peccantes, factae sint omnium reae. Ubi vero, peccatis nostris facientibus, inimicus homo super bonum semen in Septentrionalibus partibus seminavit haereticum zizaniam, ita dira contagia

gia grassata sunt, ut animas innumerabiles jamdiu perdidit, ac Provincias, & Regna Christo per summam injuriam erepta, suae tyrannidi mancipaverit.

Gregorius Congr. nonnullorum Cardinalium erigit.

§. 1. Quamobrem, etsi a fel. rec. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, pastoralis vigilantia, ope, studio, & industria elaboratum fuerit, ne tam multa messis deessent operarii, & negotiatio haec Sancta non negligeretur; nihilominus nos, ut majori cum vigilantia, cura, & fervore opus prosequi possimus, & in posterum successores nostri possint, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari sollicitudini negotium committendum duximus, & demandamus.

Quolibet mense semel coram Pontifice, bis inter ipsos praecipit congregati.

§. 2. Volentes, ut in unum congregati, adhibitis etiam aliquot Rom. Curiae Praelatis, & religiosis viris, ac Secretario, prout Nos hac prima vice eos adhiberi volumus, & nominavimus, in commune consulant, tantaeque rei nobiscum invigilent, ac tam sancto, & Divinae Majestati maxime grato operi, quanto melius fieri poterit, incumbant: quod, ut commodius praestari possit, semel coram Nobis, ac bis saltem in domo antiquioris eorum, quolibet mense congregentur, omniaque, & singula negotia, ad Fidem in universo Mundo propagandam, pertinentia cognoscant, & tractent, & graviora, quae in praedicta domo congregati tractaverint, ad Nos referant: alia vero per seipsos decendant, & expediant pro eorum prudentia.

Facultatem concedi, quae Missionibus necessaria videbuntur.

§. 3. Missionibus omnibus, ad praedicandum, & docendum Evangelium, & Catholicam doctrinam, superintendant, ministros necessarios constituent, & mutant. Nos enim eis, tam praemissa, quam omnia, & singula alia desuper necessaria, & opportuna, etiam si talia fuerint, quae specialiter, specificam, & expressam requirant mentionem, faciendi, gerendi, tractandi, agendi, & exequendi, plenam, liberam, & amplam facultatem, auctoritatem, & potestatem, apostolica auctoritate, eorundem tenore praesentium concedimus, & impertimur.

Redditusque admittendi eidem Congreg. ex Apostolica Camera attribuentur.

§. 4. Ut vero res tanti momenti, in quam magnos sumptus fieri necesse est, per temporalium cum spiritualibus felicem commutationem, nullo retardata impedimento, facilius, & celerius procedat, ultra ea, quae ex arca nostra privata suppeditari jam mandavimus, & piorum fidelium liberalitate collata sunt, & in posterum non defutura subsidia in Domino confidimus, cum nostrum, & hujus Sanctae Sedis proprium sit negotium, certos huic operi redditus ex Camera nostra Apostolica in perpetuum attribuemus, eorumque administrationem iisdem Cardinalibus commitemus, prout in aliis nostris expediendis literis plenius continebitur.

§. 5. Cardinales autem, quos sancto huic negotio praeficimus, sunt qui sequuntur, Antonius Ostiensis Saulius, Odoardus Sabinen. Farnesius, Octavius Praxedis, Episcopi, Bandinus, Franciscus S. Praxedis

concessionem, & indulta, tam spiritualia, quam temporalia, eidem Ordini, illiusque Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, & personis, necnon Ecclesiis, domibus, ac locis, bonis, & rebus quibuscumque, ut supra concessa, & confirmata, dummodo tamen privilegia, & indulta, & alia prædicta omnia, in usu, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus, & aboitionibus comprehensa sint, & Sacri Concilii Trid. decretis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Regularibus institutis non adferantur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac perpetua, & invariabilis apostolicæ firmitatis robore communimus, suppletentes omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quorumcumque solemnitate, etiam de jure, necessitate, aut aliâ quomolibet requisitarum, ac forsan omittarum, & quocumque alios, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, defectus.

§.3. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiscopo Burgen., & Episcopo Parisien., ac dilecto filio Curie causarum Cam. Apostolicæ Generali Auditori, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte prædicti Ludovici Magistri Generalis, ac omnium, & singulorum, quos concernunt, fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, illos omnes, & singulos, effectu eorumdem præsentium pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari; Contradictores quoscumque per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. pariter Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Judicium non trahatur, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, quibusvis personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliâ in suo robore permansuris, hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

AN. CH. 1622.  
§.20. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus persone in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1622. Pontificatus nostri Anno II.

L V.

Beatificatio Servi Dei Fr. Petri de Alcantara Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ Discalceatorum Professoris, Provincia Sancti Josephi in Regno Castellæ Fundatoris, cum Officio, & Missa unius Confessoris non Pontificis die 19. Octobris celebrando a tota Religione distorum Minorum.

De hujusmodi Fratribus vide in Const. XLIII. In suprema. Tom. IV. Par. I. fol. 100.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§.1. Cum itaque, instantibus non solum claræ memoriæ Philippo III., & charissimo in Christo filio nostro Philippo IV., Hispaniarum Regibus Catholicis, sed etiam fere omnibus Hispaniæ Regnis, Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Sacris Ritibus præpositi, de mandato nostro causam Servi Dei Petri de Alcantara Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ Discalceatorum nuncupatorum, ac Provincia Sancti Josephi ejusdem Ordinis Fundatoris, juxta feriem relationis trium causarum Palatii Apostolici Auditorum ad effectum canonizationis pluries examinaverint, ac multis desuper habitis sessionibus referente dilecto filio nostro Marco Antonio tituli S. Eusebii Presbytero Cardinale Gozzadino nuncupato, plenissime constare de validitate processuum, fama Sanctitatis, fidei puritate, cæterisque virtutibus non in genere solum, sed etiam in specie, reliquiarum, ac sepulchri veneratione, plurimisque tandem miraculis pronuntiaverint, censuerintque posse Nos, quocumque voluerimus, eundem Dei servum, juxta catholicæ Ecclesiæ ritum, sanctum, atque in cælis regnantem declarare, omnibusque fidelibus solemniter canonizatione proponere venerandum.

§.2. Prædictus vero Philippus IV. Rex, & dilecti filii Minister Generalis, & Fratres Ordinis prædicti Nobis humiliter supplicari fecerint, ut donec ad Canonizationem

Transumptis fidei dari mandat.  
Dat. die 18. Aprilis 1622. An. II.

Exordium.

Philippo III. & IV. Regibus Hispaniarum instantibus Cardinalibus Congreg. Sacrorum Rituum examinato processu Fr. Petri de Alcantara canonizari posse per hunc Pontificum, censuerunt

Philippus IV. inserti officii & Missæ celebrare interim posse in dicta Religione.

nem dicti Petri deveniat, idem Petrus Beatus nuncupari, ac de eo tamquam de Confess. non Pontif. Missa, ac Officium, ut infra celebrari, & recitari respectivo possit, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex id concedit.

§.3. Nos supplicationibus hujusmodi inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, ut idem Dei servus Petrus de Alcantara imposterum Beatus nuncupari, atque de eo tamquam de Confessore non Pontifice die xix. Octobris, qua ipsius obitus memoria celebrabitur, ubique terrarum ab universâ Religione Minor. Observantium utriusque sexus respective Missa celebrari, atque officium recitari possit.

Diversis tamen modis.

§.4. In Oppido vero de Alcantara nullius Diocesis, ubi natus, atque in altero de Arenas Abulen. Diocesis, ubi corpus ejusdem requiescere accepimus, omnibus tam regularibus, quam secularibus Clericis, sub ritu tamen semiduplici, facere idem omnino liceat.

§.5. Ac demum in Provincia prædicta S. Josephi, cujus auctor extitit, ab ipsis d. Ordinis Discalceatorum Fratribus, etiam cum octava, veluti de Patrono, Officium pariter, ac Missa juxta Breviarii, ac Missalis Romanæ rubricas celebrari possint; Apostolicæ auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Quocumque obstantia tollit.

§.6. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 18. Aprilis 1622. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1622. Pontificatus nostri Anno II.

LVI.

Quod Festum S. Annæ Matris Mariæ Virginis de præcepto ubique observetur.

Hoc Festum sub duplici Officio, & die 26. Julii celebrari decreverat Gregorius XIII. in sua Constitut. CLXI. Sancta Mater. Tom. IV. Par. IV. fol. 54. Quinimo iste Pontifex Festum S. Joachimi Patris ejusdem B. Mariæ Virginis, sub duplici Officio justè observari, ut infra. Et mox S. R. E. Card. Congr. Sacr. Rituum die 8. Maii 1621. decreverunt, etiam Festum S. Josephi Sponsi ejusdem B. Virginis de præcepto deinceps celebrari.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium canonicatione meritum.

Honor laudis, & cultus venerationis, quem Sanctæ Dei Genitricis parenti Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Beate Annæ in sancta tribuitur Ecclesia, quam merito fuerit spiritu Dei dictante, cujus providentia Ecclesia regitur, & gubernatur, variis temporibus auctus, inenarrabilis Sanctissimæ ejus Filiæ dignitas, & celsitudo satis superque declarant: cum enim coronet parentis gloria liberorum, tanti dono partus a Domino dignatam matrem, tamquam honoris, & gratiæ celestis abundantia similiter decoratam, universâ Ecclesia tam in Occidente, quam in Oriente, præcipuo cultu, & religione prosequuta est, nec sine magno credentium fructu, & religionis incremento, ut in Domino sperare debemus, exhibitus, & amplificatus est hic honor: crescente enim in eam fidelium devotione, etiam patrocinium, quod apud Deum per seipsam, & per Cœli Reginam ejus filiam gerit, eorumdem augeri merito credimus, sicut in gloriosa parentis veneratione gloriosissimam ejus filiam honorari non dubitamus, tantoque magis ejus tutelam, & intercessionem apud Unigenitum Filium Dominum Nostrum Jesum Christum Nos promereri, quanto majoribus honoribus per nostram erga ejus parentem reverentiam eam veneramus, & colimus.

AN. CH. 1622.  
venerationis S. Annæ Matris Beatissimæ Virginis Mariæ debita.

§.1. Hæc Nos nobiscum cogitantes, & peculiari etiam in Beatam Annam devotione incitati, Prædecessorum nostrorum quoque in ejus augendo cultu religionem in Domino emulantes, & gregis Nobis a Domino crediti, spiritualis utilitatis augmento consulere pro nostro pastoralis officii debito cupientes, Beate Annæ Festum in universalis Ecclesiæ Dei amplius honorandum censuimus.

Propter que, & præcipuum quæ hic Pont. erga eam devotionem gerit.

§.2. Itaque hac nostra perpetuo valitura Constitutione, Festum Sanctæ Annæ ab omnibus Christianis fidelibus, sicut alia Festa de præcepto celebrari, & observari, ab omni illicito opere abstineri, & sub præcepto observationis festorum comprehendendum volumus, præcipimus, & mandamus.

Festum ejus de præcepto deest observari.

§.3. In contrariam faciem non obstant. quibuscumque.

Contrariis derogat.

§.4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis credi jubet.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 23. Aprilis 1622. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 23. Aprilis 1622. An. II.

Sanctionem- que penalem adjunxit.

ipsis presentibus adhiberetur, si essent exhibita, vel ostensa.  
§.33. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae, millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Id. Martii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Papae subscrip- tio.

✠ Ego Gregorius Catho- licae Ecclesiae Episcopus.

Cardinalium subscripciones

- † Ego Antonius Cardinalis Saulius Decanus.
- † Ego Franciscus Maria Cardinalis a Monte, Episc. Portuensis.
- † Ego Franciscus Sfortia Cardinalis Episcopus Tusulanus.
- † Ego Alexand. Cardinalis Montaleus, Episcopus Albanen. S. R. E. Vicecancell.
- † Ego Octavianus Episcopus Praenestinus Cardinalis Bandinus.
- † Ego Andreas tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Perettus.
- † Ego Jo: Baptista tit. SS. Petri Marcellini, Presbyter Cardinalis Derus.
- † Ego Dominicus Card. SS. Apostolorum, Gymnosus.
- † Ego Carolus tit. S. Casarei Card. Madruinus.
- † Ego S. tit. S. Chrysoconi Presb. Card Burgbesius.
- † Ego M. tit. S. Onuphrii Presb. Card. Barberinus.
- † Ego Jo. Gaspa tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Millinus.
- † Ego M. tit. SS. Quirici, & Julitae Presb. Card. Lantes.
- † Ego Fabritius tit. S. Augustini Presb. Card. Verallus.
- † Ego Jo: Bapt. tit. S. Cecilia Presb. Card. Lenius.
- † Ego Dominicus tit. S. Martini in Montibus Presb. Cardinalis Rivarola.
- † Ego Gaspar Card. Borgia, tit. S. Crucis in Hierusalem.
- † Ego Robertus tit. S. Alexii Presb. Card. Ubaldinus.
- † Ego Tiberius tit. S. Prisca, Presb. Card. Mutus.
- † Ego Gabriel tit. S. Bartholomei in Insula, Presbyr. Cardinalis de Trejo.
- † Ego S. Presb. Cardinalis S. Susanna, Sancta Romana Ecclesia Biblioth.
- † Ego Guido tit. S. Mariae de Populo Presb. Card. Bentivolius.
- † Ego Petrus tit. S. Salvatoris in Lauro, Presb. Card. Valerius.
- † Ego I. Federicus tit. S. Laurentii in Panisperna Cardinalis de Zollerem.
- † Ego Julius S. Mariae supra Minervam Card. Roma.

- † Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis, Card. de Cremona.
- † Ego Stephanus tit. S. Mariae in Via, Card. Pignatellus.
- † Ego Franciscus tit. S. Matthaei in Merulana Presbyter Cardinalis Sacratius.
- † Ego M. Ant. tit. S. Eusebii Presb. Card. Gozadinus.
- † Ego Alexander tit. S. Mariae in Via-lata Cardinalis Estensis.
- † Ego Carolus Emanuel. S. Nicolai in Carcere Tulliano Cardinalis Pias.
- † Ego Mauricius S. Eustachii Diaconus Cardinal. de Sabaudia.
- † Ego Carolus S. Mariae in Dominica Card. Medices.
- † Ego Ludovicus tit. S. Hadriani Cardina- lis de la Vallette.
- † Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium, Diaconus Cardinalis Boncompagnus.
- † Ego Hippolytus S. Mariae Novae, Card. Aldobrandinus.

LIII.

Institutio Collegii S. Bonaventurae in Civitate Praga pro studentibus Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Francisci cum applicatione annui redditus, ab Imperatore Ferdinando II. eis assignati.

Aliud pro studentibus Collegium ejusdem Ordinis erexit Paul. V. in Insula Melesitana prout in Const. XLI. In supereminenti. Tom. V. Par. III. fol. 216.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supereminenti Sedis Apostolicae specula, meritis licet imparibus, disponente Domino, constituti, & intra mentis nostrae arca revolventes quantum ex literarum studiis catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscat, ac justitia colatur, ad ea, per quae literarum studia hujusmodi ubilibet excitentur, libenter intendimus, & in his sollicitudinis nostrae partes propensius impertimur, prout, locorum qualitate pensata, conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Jacobi de Bagnacavallo, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum Ministri Generalis nomine Nobis nuper expositum fuit, charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus, mille, & ducentos taleros annuos monetae illarum partium pro duodecim Baccalaureorum in domo regulari S. Jacobi Pragensis, ejusdem Ordinis manutentione assignaverit, & propterea dictus Ferdinandus Rex in Imperatorem electus, tam ad Fratrum dicti Ordinis in praedicta domo studentium commodum, & profectum, quam etiam ad militantis Ecclesiae exaltationem, ipsiusque Civitatis deco-

Exordium.

Imperator Ferdinandus Secundus annuum redditum assignavit pro Collegio in Domo regulari S. Jacobi Pragense Ordinis Fr. Conventualium, Sancti Francisci, pro Collegialibus ejusdem Ordinis professoribus ab isto Pontif. qui ad eiusdem Imperatoris petitionem illud subvocavit.

LIV.

ne S. Bonaventurae cum privilegio similis Collegio Sancti Bonaventurae in Urbe instituit, erigit

decorem in praedicta domo unum Collegium studii pro uno Regente nuncupant, ac duodecim Baccalaureis, seu Collegialibus ejusdem Ordinis professoribus per Nos erigi, & institui, aliasque, ut infra, indulgeri, summo opere desideret. Nos piis, & laudabilibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, votis in praemissis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, necnon militantis Ecclesiae exaltationem, divinique cultus, & orthodoxae fidei augmentum, ac Religiosorum praedictorum commoditatem, & profectum, in praedicta domo unum Collegium sub invocatione S. Bonaventurae, ejusdem Ordinis professoris, cum omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, & indulgiis Collegio S. Bonaventurae ejusdem Ordinis de Urbe concessis, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituiimus.

Hicque dictum annui redditum perpetuo applicat.

§.2. Illique sic erecto, & instituto, pro eius dote, ac unius Regentis, & duodecim Baccalaureorum, seu Collegialium inibi pro tempore existentium sustentatione, & onerum eis incumbentium supportatione, mille, & ducentos taleros hujusmodi, ita quod liceat eis corporalem, realem, & actualem illorum possessionem suo, & dicti Collegii nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & retinere, ac in ipsius Collegii usus, & utilitatem convertere auctoritate, & tenore praedictis etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

Clausulat hujus erectionis subicit.

§.3. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuo validas firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cetera hujus detogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 5. Aprilis 1622. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmatio Privilegiorum, Gratiarum, & Indultorum tam spiritualium, quam temporalium concessorum Ordini, & Fratribus Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Hujus Ordinis institutionem, ac approbationem Regulae, cum omnibus aliis ipsam concernentibus, habes Constit. LXIX. Operante. Tom. III. fol. 134.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut Sacrarum Religionum, in militari Ecclesia suaves in Domino fructus assidue praestantium, paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validius perpetuo subsistant, nostrae confirmationis robore muniamus.

Procedium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus Petit Magister Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod variae gratiae, concessionis, libertates, praerogativae, favores, immunitates, exemptiones, facultates, & alia privilegia, & indulta dicto Ordini, illiusque Superioribus, Fratribus, Monialibus, personis, domibus, Ecclesiis, & locis nunc, & pro tempore existentibus, a diversis Rom. Pontificibus Praedecessoribus nostris olim concessa, & a fel. rec. Clem. VIII., & novissime Paulo V. Rom. Pont. similiter Praedecess. nostris confirmata fuerunt. Cum autem majorem obtineant roboris firmitatem, ea quae apostolica auctoritate sapienter muniuntur, & propterea dictus Ludovicus Magister Generalis, privilegia, gratias, indulta, aliaque praedicta per Nos Apostolica auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apost. dignemur.

Iti Fratres supplicarunt Pont. pro confirmatione privilegiorum jam confirmatorum a Clement. VIII. & Paul. V.

§.2. Nos igitur Ordinem praedictum, ex quo uberrimi fructus in Ecclesia Dei ad illius laudem, & christianae Reipublicae, necnon Captivorum commodum, & utilitatem, sicut accepimus, in dies proveniunt, specialis gratiae favore prosequi volentes, ac eundem Magistrum Generalem, & praedicti Ordinis singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, praerogativas, favores, facultates, gratias,

Qui modo ea omnia confirmat supplem. do omnes rā juris, quam facti defcūs.

con-

de Surdis, Maphæus S. Honuphrii Barberinus, Joannes Garfias SS. Quatuor Coronatorum Millinus, Gaspar S. Crucis in Hierusalem Borgia, Robertus S. Alexii Ubaldinus, Scipio S. Susanna, Petrus S. Salvatoris in Lauro Valerius, Itelius Fridericus S. Laurentii in pane, & perna de Zollaren, Ludovicus S. Mariæ Transpontinæ Ludovicius, & Franciscus S. Matthæi, Titulorum Presbyteri Cardinales, Sacratius, nuncupati, Prælati vero, dilecti filii Jo. Baptista Vives in utraque Signatura nostra Referendarius, & Jo. Baptista Aguechius Secretarius noster, ac Sedis Apostolicæ Notarius, & Dominicus a Jesu-Maria Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Professor, & Vicarius Generalis. Secretarius vero a Nobis pariter deputatus dilectus filius Franciscus Ingolus Presbyter Ravennas U. J. D.

Clausula pro hujus Constitutionis firmitate.

§. 6. Decernentes, præsentis literas, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter perpetuo observari debere. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 7. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & institutis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenoribus præsentium pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausula penales.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum, commissionis, demandationis, voluntatum, decretorum, concessionis, impartitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum die 22. Junii 1622. An. II.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, decimo Kal. Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

V. DAT.

Felicianns Paulus.  
S. de Urfinis.  
Registr. in Secr. Brev.

Annuli Cardinalitii, sive pretium a Cardinalibus recens promotis annuli causa perfolvi solitum, S. Congregationi de Propaganda Fide addicitur.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

**R**omanum decet Pontificem pastoralis officii debito ad ea, per quæ Congregationum quarumlibet, præsertim ad Fidei Catholicæ propagationem institutarum necessitatibus, & indigentis occurritur, libenter intendere, ac in iis ejusdem officii sui partes favorabiliter interponere, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Procurium.

§. 1. Aliàs siquidem nos, certis rationabilibus de causis, emolumenta ratione Annulorum Cardinalitiorum per hæredes S. R. E. Cardinalium vita functorum solvi solita, Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis de Urbe ad certum, tunc expressum, & nondum elapsum tempus, Apostolica auctoritate concessimus, & elargiti sumus, prout in Literis Apostolicis, sub Annulo Piscatoris desuper confectis, plenius continetur.

Recenset Annulos Cardinalitios fuisse aliàs concessos Basilicæ Lateranensi.

§. 2. Nunc vero attendentes Congregationem venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, per nos nuper pro fidei Catholicæ propagatione institutam, sufficientibus redditibus, & proveniuntibus ad opus tam pium manutendum, & propagandum minime dotatam reperiri: ac illi, ut onera hujusmodi facilius perferre valeat, de alicujus subventionis auxilio providere volentes; nec non emolumentorum hujusmodi quantitates, ac valores etiam annuos, scripturarumque super præmissis confectarum veriores, ac totos tenores, ac datas præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio, non ad alicujus instantiam, sed de mera nostra liberalitate, certaque scientia, ac matura deliberatione nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas donationes, elargitiones, applicationes, & concessiones, seu qualvis alias dispositiones de dictis emolumentis, seu eorum juribus, prædictæ, seu quibusvis aliis Basilicis, vel aliis locis piis, quomodolibet qualificatis, & nuncupatis hæcenus quomodolibet, & sub quorumvis verborum expressionibus, & formis, perpetuo, vel ad tempus, per Nos, seu quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, etiam Motu simili, ac concistorialiter factas, aliæque jura illis, seu etiam aliis Urbis Basilicis, vel locis piis hujusmodi, ex prædicta donatione, vel alia, etiam quantumvis justa, & rationabili causa vel occasione competentia, ac quascumque literas Apostolicas forsan desuper confectas, & in eis contenta quæcumque, quorum omnium tenores præsentibus pro expressis, & inser-

Hujusmodi, aliæque quæcumque concessiones aliis irritant.

insertis haberi volumus, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, extinguiamus, & annullamus, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse declaramus.

Annulos Cardinalitios Congregationi de Propaganda Fide addicit.

§. 3. Necnon emolumenta Annulorum Cardinalitiorum hujusmodi cum omnibus, & singulis juribus, & actionibus exinde dependentibus prædictæ Congregationi; ita quod liceat S. R. E. Cardinalibus nunc, & pro tempore existentibus Congregationis hujusmodi, seu ab illis deputatis, vel eorum Ministris emolumenta ab hæredibus Cardinalium, quos de cætero perpetuis futuris temporibus ab hac vita migrare contigerit, cujusvis licentia desuper minime requisita, sed propria auctoritate etiam per mandatorum ab antiquiore Congregationis hujusmodi Cardinali simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, ac manu Regia decernendorum, & relaxandorum vim, recipere, exigere, levare, ac illa penes Montem Pietatis deponere, seu in tot Locis Montium non vacabilium, aut aliis quovis modo, arbitrio dictæ Congregationis, ad effectum illa in pios usus, & necessitates ipsius Congregationis, similiter ejus arbitrio, & prout ipsis melius videbitur, exponenda, & eroganda, investire; etiam perpetuo donamus, concedimus, & assignamus.

Quædam hujusmodi Annulorum solventibus faciendæ.

§. 4. Insuper ut Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, qui nunc vivunt, hoc pium, & laudabile opus adjuvare possint, volumus, & similiter Apostolica auctoritate decernimus, & declaramus, quod si aliqui ex dictis Cardinalibus in eorum vita emolumenta, ratione sui Annuli Cardinalitii, prædictæ Congregationi realiter, & cum effectu tradiderint, vel qui de cætero tradent, & assignabant, hæredes Cardinalis ipsius vita sancti, seu causam ab eo habentes, vel habituri, ad eorum ten emolumentorum præstationem, vel solutionem minime teneantur, nec ad id obligati sint, minisque ad id cogi, vel compelli possint: quinimo, pro majori illorum securitate, dilecti filii S. R. E. Camerarius, Thesaurarius, aut alii Officiales Cameræ Apostolicæ pro tempore existentes, ad quos spectabit, statim atque ipsis contiterit, Cardinales, seu hæredes hujusmodi emolumenta prædicta eidem Congregationi, ut præfertur, solvissent, eosdem Cardinales, seu hæredes per cedulam publicam etiam in amplissima forma ejusdem Cameræ, etiam perinde, ac si emolumenta hujusmodi sibi persoluta fuissent, de solutis quietare, & in eventum cujuscumque molestationis, eandem Cameram ad pecuniarum eorumdem emolumentorum ratione solutatum restitutionem obligare debeant. Nos enim eos ab alia emolumentorum hujusmodi assignatione, restitutione, & effectuali assignatione absolvimus, & quietamus. Mandantes, & in virtute sanctæ obediencie districte præcipiendo, inhibentes dilectis filiis moderis, & pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. Camerario, Vice-Camerario, The-

saurario, & Clericis Præsidentibus, necnon Cameræ Apostolicæ Commissario, & Officialibus, ne ex emolumentis hujusmodi ullam pecuniarum quantitatem ad certam rationem pro quolibet centenario, & anno per eos forsan percipi solita, aut regalia, ut vocant, vel quicquam aliud quovis prætextu, colore, vel ingenio, etiam ratione stipendii, seu salarii præterdere, habere, consequi, aut exigere possint: Sed ut easdem præsentis literas firmiter, & inviolabiliter observent, ac ab omnibus inconcusse observari faciant, & procurent. Imo semper, & quodcumque illis contiterit, prædictos Cardinales, seu ipsorum hæredes, hujusmodi emolumenta Annuli prædictæ Congregationi solvissent; statim, si petatur quietantia, in amplissima forma, tanquam si eidem Cameræ Apostolicæ soluta essent, expedire debeant, & ipsa Camera in casu molestiæ, ut præfertur, ad restitutionem ipsius Cardinalibus, seu eorum hæredibus faciendam teneatur. Non permittentes, ipsam Congregationem, illiusque personas, & Ministros super dictorum emolumentorum consequitione a quoquam publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio impediri, molestari, aut inquietari.

Clausula pro hujusmodi assignationis firmitate.

§. 5. Ac decernentes, præsentis literas etiam ex eo quod Capitulum, & Canonici dictæ Basilicæ Lateranensis, vel quicumque alii in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, vel alii, ad quos forsan spectat, & pertinet, seu pro tempore spectabit, & pertinebit, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, neque præmissis consenserint, seu consentiant; imo forsan illis contradicuntur sint, seu quibusvis aliis quantumvis justis, justissimis, & rationabilibus causis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu cogitato, vel inexcogitato notari, impugnari, retractari, annullari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus eas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari: vel sub quibuscumque Constitutionibus, & Literis Apostolicis in contrarium, etiam motu pari, & consistorialiter emanatis, & emanandis, vel quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nullatenus unquam comprahendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per personas Congregationis hujusmodi pro tempore existentes eligenda, concessas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos nunc quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere; sicque & non

& non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios, ac etiam Theaurarium, Clericos Praesidentes, ac Commissarios, aliosque Camerae huiusmodi Officiales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in qualibet instantia iudicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apostolica decernimus.

Executores huius Constitutionis.

§. 6. Quocirca Venerabilibus fratribus Nostris Otiensibus, & Portuensibus Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiae Camerae praedictae generali Auditori per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quando, & quoties pro parte dictae Congregationis, seu pro ea Agentium requisitus fuerint praesentes literas, & in ea contenta quaecumque ubi, quando, & quoties opus fuerit, faciant integraliter observari. Non permittentes dictam Congregationem, seu pro ea Agentes huiusmodi desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, aut inquietari; Contradictores, & Rebelles quoslibet per censuras Ecclesiasticas, aliaque juris, & facti remedia compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

Decretio contrariorum

§. 7. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri, quatenus opus sit, de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodo aliquis extra suam Civitatem, & Diocesim ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, nec non Simmachii, & Pauli II., ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, ac Pii IV. de gratis interesse Cam. Apostol. quomodolibet concernentibus infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera registrandis, & in illius libris insinuandis. Ita quod Congregatio huiusmodi, aut alii eius Ministri ad illa insinuandum non teneantur, & nihilominus praesentes literae eandem firmitatem obtineant, ac si in dicta Camera infra tempus ad id praefixum insinuata, & registrata fuissent. Nec non nostra, & Camerae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non praedictae Lateranensis, ac quarumvis aliarum Urbis Basilicarum, vel piorum locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, illis, illarumque Capitulis, & Canonicis, ac aliis Superioribus, & personis, etiam Consistorialiter, ac cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, ac aliis efficacissimis, & insolitis clausulis in contrarium forsitan quomodolibet concessis,

approbatis, & confirmatis, ac innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, latissime hac vice harum serierogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quod omnes, & quicumque cuiusvis nationis, dignitatis, & excellentiae, etiam Regiae fuerint, qui de cetero perpetuis futuris temporibus in Sacram Collegium dictae S.R.E. Cardinalium per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros cooptabuntur, si praesentes statim quam Cardinales creati, si vero absentes fuerint, in actu susceptionis Bireti rubei, iura per eos ratione Annuli Cardinalitii, et si illum non receperint, Camerae Apostolicae debita, praedictae Congregationi, seu ab ea Deputatis realiter, & cum effectu persolvere teneantur.

Quando Annulli emolumenta sint persolvendi.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum revocationis, cassationis, extinctionis, annulationis, donationis, concessionis, assignationis, declarationum, absolutionis, inhibitionis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, decimo Kalen. Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Clausula penales.

Dat. die 22. Junii 1622. An. II.

V. DAT.

Felicianus Paulus.  
S. de Urbinis.

Registrata in Secretaria Brevium.

L X.

Impositio Subsidii ducentorum millium scutorum a Regni Portugalliae Ecclesiasticis Regi persolvendi pro defensione Indiarum Orientalium contra invasiones Haereticorum, atque Infidelium.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiae specula, nullo licet meritorum suffragio, immensa Dei, & Domini nostri benignitate constituti, intra mentis nostrae arcana attentius considerantes, principes, & potestates tenebrarum, adversus quos Ecclesia Sancta assidue colluctatur, ad eisdem Ecclesiae ruinam, & catholicam Religionem excidium incessanter vigilare, non possumus totis visceribus non commoveri, & licet cer-

Proemium.

certam spem, & fiduciam habeamus in Domino Deo exercituum, qui ipsam suam Ecclesiam sanctam sub umbra manus suae protegit; Cogimur tamen iuxta creditum Nobis desuper apostolicae servitutis officium in id omni cogitatione, omnique cura incumbere, ut provisionis nostrae ministerio, non solum oves Christi adversus rapacium luporum insidias communitate secura tranquillitate reddant Domino abundanter fructus suos, sed etiam in omnem terram Verbi Dei sonus exeat, & nomen illius cum felici ejusdem religionis propagatione, ubique gentium collaudetur, & glorificetur, unde Nos super his jugiter solliciti, Catholicorum Regum vota, vias, & modos exquirentium, quibus nefarios hostium ipsius fidei ausus reprimere, & dissipare, & hac ratione infideles ipsos ex infidelitatis tenebris ad veri Dei agnitionem adducere, fideles vero ab infidelium invasionibus, rapinis, & servitute liberare valeant, libenter, & merito amplectimur, & officii nostri partes ad tam Sanctum, & Deo acceptum opus congruis, quantum fieri possit, ad id suppeditatis auxiliis favorabiliter interponimus, aliaque facimus, statuimus, & ordinamus, prout rerum, temporum, & locorum qualitatibus debite pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Philippus Rex Haereticorum atque Infidelium invasiones in Indis Orientalibus recenset.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, & Algarbiorum Rex Catholicus, quod susceperat per nationes septentrionales diabolica haesum fraude seductas a multis annis citra in Indis Orientales navigatione, ex lucro inde facto, ditiores, & potentiores redditae, non solum ingentem navium multitudinem comparaverunt, & nonnulla propugnacula in illarum partium majoris momenti Portibus occuparunt, sive construxerunt, sed etiam ad loca, & propugnacula per eundem Philippum Regem in eisdem partibus acquisita, occupanda animam adjecerunt, neque eas tot classes, & arma tam in eisdem Indiis, quam Regni Portugalliae partibus cum immensa patrimonio ipsius Philippi Regis expensa ad hunc finem instructa debellare poterant, immo illae praevulnerunt, praesertim post occupatum a Persis earumdem nationum auxilio sussultis propugnaculum de Ormus, ita ut nisi de opportuno remedio provideatur, evidentissimum periculum adsit, ne caetera ejusdem Philippi Regis loca, & propugnacula ibidem existentia amittantur.

Quibus replectendis eam sit impat;

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, idem Philippus Rex proprium ipsius Regni Portugalliae patrimonium praemissorum occasione vendiderit, gravissimum as alienum pro recuperandis, & conservandis locis, & propugnaculis praedictis, per quae tam cleri, quam populi ejusdem Regni Portugalliae utilitatibus, & commoditatibus, nec non Catholicorum in dictis Indiis partibus existentium salutis, atque securitati consulitur, contraxerit; contributiones vero generales dicti

Regni, & ultra summam ducentorum millium cruciatorum per dilectos filios Communitatem, & homines Civitatis Ulixbonen. eidem Philippo Regi ad hunc effectum donatam, non suppetant, ad ecclesiasticarum personarum subsidium confugiendum compellitur; Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Apostolicae Sedis auxilium implorat.

§. 3. Nos igitur licet ab ipso Pontificatus nostri initio nihil antiquius habuerimus, quam Ecclesias omnes, illarumque Praesules, & personas non solum ab omni exactiois molestia immunes praeservare, verum etiam quantum in Nobis foret, commodis, & honoribus afficere; animo tamen revolventes etiam ad Clerum, & Ecclesiasticos dicti Regni Portugalliae huiusmodi necessitates pertinere, ejusdem autem Regni opes ad tantam molem bellorum, quae in pluribus, & diversis locis contra christianis nominis validissimos, potentissimosque hostes geruntur, vix, ut praesertur, sufficere posse, & ad nostrum pastorale officium spectare pro ea, quae tuendi, & propagandi Religionem Nobis incumbit cura, & solitudine, non solum pias, & devotas supplices Catholicorum Regum preces benignis accipere auribus, verum etiam assiduis eorum laboribus, periculis, incommodis, & dispendiis, quae ad honorem Dei, & Catholicae Ecclesiae exaltationem indefesse praesertur, prospicere, peculiarium Ecclesiarum opes, atque redditus pro necessaria illarum, suorumque filiorum, & christianae, ac tam clericorum, quam laicorum causa, atque salutis defensione, & ipsius catholicae religionis augmento, larga manu suppeditari debere dignum, & iustum reputamus; subsidium ducentorum millium scutorum monetae dicti Regni cruciatorum nuncupatorum pro una vice tantum solvendum ab infra scriptis personis ecclesiasticis, exigendum per collectores desuper deputandos, infra tempus Ven. Fratri Antonio Episcopo Vigilien. jurium, & spoliis Camerae Apostolicae in eisdem Portugalliae, & Algarbiorum Regnis Collectori Generali, ac duabus personis per eundem Philippum Regem, & Clerum dicti Regni, ut infra, nominandis beneficium, juxta vires etiam infra scriptarum personarum, & temporis congruitatem, dummodo tamen tempus quadriennii non excedat, tam pro recuperatione, tuitione, & custodia Oppidorum, & locorum, quae in dictis Indiis Orientalium partibus clarae memoriae Portugalliae Reges d. Philippi Praedec. Christianae Reipublicae sua virtute, & industria adjecerunt, & futurum ipse Philippus Rex non minori spei ardore, divina favente clementia adicere intendit, quam contra infideles, haereticos, vel schismaticos in dictis partibus existentes, sive ad offensionem, sive ad defensionem, & non pro aliis usibus, super quo ipsius Philippi Regis, ac Antonii Episcopi, & personarum huiusmodi conscientiam quaeramus, super omnium, & singulorum Cathedralium,

Gregorius subsidium bilium scutorum ab Ecclesiasticis intra quadriennium persolvendi concedit.

A Tribus Deputatis, quos inter Nuncius Apostolicus sit, exigendum.